Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



C 106

honorate fraternitate diligite. deum timete. regem honorificate. Hecum subditi estote in omni timore dominis. non tantum bonis et modestis. sed etiam discolis. Hec est enim gratia in xpo ihu domino nro. Alla. Ihu nomine tuo. Alla. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum ihu dum loqueretur nobis in via. S. Johan.

Nullo t. D. t. d. s. Modicum et iam non videbitis me. Et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem. Quid est hoc quod dicit nobis. modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. quia vado ad patrem. Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum. Nescimus quid loquitur. Cognovit autem ihs quia volebant eum interrogare. et dixit eis. De hoc quaeritis inter vos quia dixi modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis. quia plorabitis et flebitis vos. mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini. sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristitiam habet quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium. quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

Lauda anima mea dominum lauda offr. bo dominum in vita mea psallam deo meo quamdiu fuero alla. Secr.

Hys nobis domine mysteriis consecratis. quo terrena desideria mitigantes discamus amare celestia. P. Com. Modicum et non videbitis me alla et iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem alla alla. Oplu. Sacramenta que sumpsimus domine quesumus. et spiritalibus nos instruat alimentis. et corporalibus tueantur auxiliis. P. Pria mi. loco. e. b.

Rmne. Per ipsum johis apli. Ego vobis. ut non peccetis. Sed et siquis peccaverit. advocatum habemus apud patrem ihm xpm iustum. et ipse est propitiatio pro peccatis nostris. non pro nostris autem tantum. sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus quoniam cognovimus eum. si mandata eius observemus. Qui dicit se nosse eum. et mandata eius non custodit mendax est. et veritas in eo non est. Qui autem servat verbum eius. vere in eo caritas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. si in eo permanserit. Qui autem dicit se in ipso manere. debet sicut ille ambulavit. et ipse ambulare.